

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumato-graphia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XV

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

CAPUT XV.  
DE CICONIA.

Ciconia olim in Fidenate agro, nec pullos alebant, nec faciebant nidum, ad Larium etiam lacum in Transpadana Italia arbutis amœnum, vix visa, referente Plinio. Germaniâ quendam urbem in qua decimæ non solvuntur, neque intrare, neque inhabitare, autor libri de Natura scribit. Sunt aves migratoriæ dubium an omnes. Multæ velut extinctæ à piscatoribus reti in siccum tractæ sunt, eæque simul junctæ mutuo, simul rostra in ano inserta habuere & calefactæ revixeræ in thermis. In Lotharingia certe id accidisse anno 1467 refert *Campofulgosus* l. 1. *memorab.* Abitura in certo congregantur loco, comitatæque sic, ut nulla sui generis relinquatur. Notatum post Idus Augusti non temere visas. Rostrum cum venter non obedit in anum indito, fæces ejiciunt, sic clysteris invenere usum. Gracitudinis & castitatis summa illis cura est. Valedicebat quædam suo, Vesalio superiori, hospiti, salutabat eundem redux. Non contenta tandem vocali gratitudine, radicem viridis Zingiberis attulit. Alia absentis hospitis uxoris stupratori oculos effodit. Alia denique suæ conjugis adulterium in absentia commissum cum deprehendisset, multis aliis adductis, eam lanxavit Pessos parentes fert humeris; & ore iisdem suppeditat cibos. Hinc pietatis vocabulum ἀντιπέλαγος. *Gesner.* Prælagam illam esse Attilæ demonstratur exemplo. Is enim, ut scribit *Aneas Sylvius*, nisi ciconias ex altis turribus in obsidione Aquilejæ vidisset, recessisset ab ea. At id augurium capiendæ urbis ratus in proposito persistit, breviq; ea potitus est, cum triennio eam obsidisset. In Anglia nullæ dantur, ut ex Cl. Baudarcio accepimus.

CAPUT